Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

prudens aut cito deprehendit insidias
celeri errores agnoscit. Noxia non vi-
tam insipiens sapienciaz sapiens omnia
prudenter examinat. Inter bonum et
malum sapiens intelligendo diiudi-
cat. Summum bonum esse scire quod cancas. Su-
ma miseria nescire quod teneas. Diligite
igitur sapienciam et manifestabitur tibi.
Accede ad illam et approximabit ad te.
assiduus esto illi et instruet te. Disce
quod nescis ne doctor inutilis inveniaris.
Antea esto auditor postea doctor. Per dis-
ciplinam nomen magistri accipe. Bonum
quod audis dic bonum quod dicticaris doce.
Discendi et docendi non contemnas stu-
dium. Sapiam quam ante concipis ore ef-
funde. Sapienciaz cum cetis impartieris
tibi magis hanc augies. Doctrina quanto
magis vel amplius data fuerit tanto magis
habundat. Sapienciam dando largior fit
retinendo minoratur. Largiendo redun-
dancior esse sciencia et divina plus conferitur
plus habundat. Verba tua precedant opera.
Quae ore promis ope ad imple. Quae ipse
doces exemplis et factis ope studioqz
ostende. Esto non solum magister vel predica-
tor sed imitator virtutis. Si doces et
facis tunc gloriosus eris. Non satis est